



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Episcopo, .. Decano, Et Archidiacono Noviomensibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

## 16      Epistolarum Innocentij III.

*PRIORIBVS ET FRATRIBVS  
de Kirkehan, Giseburnensis, Bredlingam,  
de Novo-burgo, & aliis ejusdem ordinis  
in Eboracensi diocesi constitutis.*

*Epiſt. 32.  
Communitur  
Poreſtas refor-  
mandi & corri-  
gendi Eccleſias  
ſibi ſubjectas,*

**V**erbūm eſt ſapienſis quod legitur: *Omnia fac cum confilio, & poſt factū  
minime peneſcibū. Et illud: Vbi multa con-  
ſilia, ibi ſalus. Dominus autem in evan-  
gelio de ſe ipſo teſtatur, Vbicunque, in-  
quiens, duο vel tres fuerint in nomine meo,  
& ego in medio ſameorū. Sicut poſt reſu-  
rectionem oſtentit, dum diſcipulis de ſe  
in via loquentibus ſe tertium interponens  
interpretabatur in omnibus ſcripturis qua  
de ipſo erant. Vnde cūm diei ſuperex-  
crefcente malitia multorum caritas refri-  
gefcat, expediri iis praefertim qui vitam  
profelli ſunt regarem, ut ad vitia reſe-  
canda & plantandas virtutes tanto con-  
ſultiū & cum majori gravitate procedant  
quanto ipſe quoque mundi ſenſeſcentis de-  
fectus & humanae conditionis infirmitas  
huic proposito poriis contradicit. Mo-  
nemus igitur discretionem vestrā &  
hortamur attēnē, & per apostolica vo-  
bis ſcripta mandamus quatinus vos, filii  
Priořes, omnes, ſi commode fieri poterit,  
vel pro majori parte, annis ſingulis con-  
veniat in unum, & de ordinis reformatione  
tračtantes, corrigitis ſalubri con-  
ſilio qua in Eccleſia vestrī corrīgenda  
videris, & ſtatutis qua ſecundū Deum  
fuerint ſtuenda, non obſtantē appella-  
tionē in eluſionē regularis interpoſita  
diſciplinā, ita ut cūm neceſſe fuerit, ad  
Eccleſiam in qua videbitur correccio  
acienda ſimil duο vel tres yeſtrum acce-  
dant, & correccio niſi officium laudabili-  
ter exequantur, cūm de ordinis obſer-  
vantia non teneamini Prioralterius regu-  
laris Eccleſia reſpondere. Datum Late-  
rani XVI. Kal. Aprilis, anno decimo.*

*. . . MONOPOLITANENSI, . . . POLIGNIA-  
nenſi, & . . . Converſanenſi Epifcopis.*

*Epiſt. 33.  
Vt electionem  
Benedicti Epis-  
copi inſule  
Kefalonie, ſi  
ſit idoneus, &  
canonice facta  
fuerit, valent  
conſimile.*

**P**er ſuas nobis dilecti filii nobilis vir  
Maio Comes, clerus & populus in-  
iula Kefalonie litteras intimarunt quōd  
ejusdem iſulae ſede pontificale vacante,  
dum de praefiendo ſibi paſtore Latino  
diligentem habuiffent tračtatum, omnes  
unanimi voluntate ac pari conſenſu Bene-  
dictum Presbyterum, quem de discrecio-  
ne ac honestate plurimū commenda-  
runt, in Epifcopum elegerunt; nobis hu-  
militer ſupplicantes ut cūm ſedes metro-  
politana ſit viduata paſtore, ad quam,

etiamſi non vacaret, non poſſent habere  
recurſum, cūm adhuc eadem ſedi apoſto-  
licæ ſit inobediens & rebellis, electionem  
ipſam dignareμur auſtoritate apoſtolica  
conſimile. Quocirca fraternitatī vestrā  
per apoſtolica ſcripta mandamus quati-  
nies eudem Preſbyterum facientes ve-  
ſtro conſpectui praefentari, de litteratura,  
vita, natalibus, & aliis qua circa idonei-  
tatem perſona ipſius inquirenda fuerint  
inquirat diligenter veritatem, & ſi eundem  
idoneum inveneritis, electionem ipſam  
auſtoritate ſedis apoſtolicæ conſimile  
mant, ipſum vice noſtra in Epifcopum  
conſecretis, recipientes ab eo pro nobis  
& ſuccelforibus noſtriſ fidelitatis & obe-  
dientiae juramentum, quod feceris no-  
biſ fideliter reſribentes. Datum Latera-  
ni X. Kal. Aprilis, anno decimo.

*EPISCOPO, . . . DECANO, ET..  
Archidiacono Noviomagenſibus.*

**A**cedens ad praefentiam noſtram  
Guiburgis pauper vidua nobis hu-  
militer ſupplicavit ut diſſimilitam ſenten-  
tiam quam pro ipſa ſuper dotalitio ſuo &  
rebus aliis contra Abbatifam Montis  
Martyrum Parifiensis diocesis auſtoritate  
noſtra tulifit, apoſtolico dignareμur  
munimine roborare. Volentes igitur ejus-  
dem vidua ſimplicitati conſulere, que  
jam ſapio propter hoc ad ſedem apoſto-  
licam laboravit, discretioni vestrā per  
apoſtolica ſcripta mandamus & diſtričte  
principimus quatinus ſententiam ipſam,  
ſicut eſt iusta, ſublato cujuslibet con-  
tradiſionis & appellationis obſtaculo, facia-  
tis per cenſuram eccleſiaſticam inviolabi-  
liter obſervari, non obſtantē appella-  
tionē quacunque, ſi qua forſitan ex parte  
ipſius abbatifae ad noſtram apparuerit  
audientiam interjecta, cūm eam non fue-  
rit proſecuta. Quia verò praefata mulier,  
tanquam ſimplex, & juris ignara, meri-  
tum cauſe ſuas nobis explicare neceſſivit,  
ne ſicut alia vice adverſa pars, calumnian-  
do ſimplicitatem ipſius, eam & nunc de-  
precum falſitate cauſetur, & ſic labor  
multiplicetur ejusdem, volumus & man-  
damus ut ſi forſitan rem eſſe aliter inven-  
eritis quam per ſimplicem relationem  
ſuam nos fecerit intelligere, inquiratis ſu-  
per iis diligenter veritatem qua ad-  
versus praefatam proposuerit Abbatifam,  
& habentis præ oculis ſolum Deum, quod  
iustum fuerit, appellatione poſtpoſita,  
ſtatutis, facientes quod decreveritis per  
cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſer-  
vari;

*Epiſt. 34.  
Vt leſtenciam  
Iarai & con-  
ſimilatam pro  
Guiburge pau-  
pere vidua ha-  
beant exequio-  
ni demandare.*

vari, praeceptum apostolicum taliter impleturi quod pro defectu vestro non cogatur ad nos ulterius replicare querelam. Testes &c. Nullis litteris &c. Quod si non omnes &c. tu, frater &c. Datum Laterani I X. Kal. April. anno decimo.

## CLERO ET POPVLO VERISIEN.

Epiſt. 36.  
V: obediens  
et reverentiam  
nos induxit ut Magiſtrum Guarinum  
Electum, nunc autem Archiepiscopum  
vestrum, ad nostram præsentiam ac-  
cedentem ordinare in Diaconum & Pre-  
ſbyterum, & consecrare in Pontificem cu-  
raremus, Palleum, ſibi videlicet pontifi-  
calis officij plenitudinem, concedendo.  
Sic enim Romanus Pontifex vocavit alios  
in partem ſollicitudinis ut ſibi retinuerit  
plenitudinem poreftatis. Vnde canonica  
tradit auctoritas quod undecunque ve-  
nientes ad ipsum, tuitionem & consecra-  
tionem accipient ab eodem: quoniam  
qui utitur jure ſuo, non intelligitur aliis  
injuriam irrogare. Idem vero, licet a ve-  
nerabili fratre noſtro . . Patriarcha Con-  
stantinopolitano fuerit confirmatus, non  
tamen ab eo poterat consecrari, pro eo  
quod Coepiscopos non habeant unde op-  
portuit ipsum . . Athenien. & . Theban.  
Electos pro consecratione munere obti-  
nendo in Syriam deſtinare. Ipfum igi-  
tur iis ex cauſis ordinatum, consecra-  
tum, & palleatum à nobis cum gratia no-  
stra favore remittimus, per apostolica  
vobis ſcripta mandantes quatinus ei re-  
verentiam & obedientiam impendatis  
tam debitam quam devoutam. Dat. Late-  
rani III. Kal. April. anno decimo.

In eundem modum Patriarche Conſtantinopolitano. Datum ut in alia.

In eundem modum cariſſimo in Christo filio  
Henrico Imperatori Conſtantinopolitano Illuſtri. Datum ut in alia.

## G. VERISIENSI ARCHIEPISCOPO.

Epiſt. 36.  
Decernimur ex-  
communicatio-  
nis & ſu-  
pensionis fe-  
ntentias hanc fin-  
tationem cui  
cauſa non teneri &  
ſententiam que-  
pot appellatio-  
nem conetur  
juntur non el-  
le fervandam  
tanquam illuſ-  
mum.

Cum per manus noſtras ordinatus  
fueris in Diaconum & Presbyte-  
rum, & in Episcopum consecratus, ut  
tam noſtro quam tuo deferamus honori,  
auctoritate præſentium inhibemus ne  
quis in te ſine maniſta & rationabili  
cauſa ſu- peneſionis vel excommunicationis  
ſententiam promulgare præſumat, ſem-  
perque ammonito canonica premitta-  
tur, niſi forte talis eſſet excessus qui  
ordinem judicarium exigeret non fervan-  
dum. Si verò te præfenseris aggravari,  
Tom. II.

liberè tibi liceat ſedem apostolicam ap-  
pellare, ut imminens tibi gravamen evi-  
tes. Et ſi post appellationem hujusmodi  
quiskam in te ſu- peneſionis vel excom-  
municationis ſententiam præſumperit  
jaculari, nos eam decernimus non fer-  
vandam, tanquam irritam & inanem.  
Nulli ergo &c. noſtræ inhibitionis, con-  
cessionis, & constitutionis &c. Si quis au-  
tem &c. Datum ut in alia,

## E I D E M.

Cum Constantinopolitanum Impe-  
rium nondum ſit adeo ſolidatum  
quam adhuc ex magna parte fluctuet ſta-  
tus eius, indemnitati tua paterna volu-  
mus in posterum ſollicitudine præcavere,  
ut quicquid ex futuris eventibus extra ci-  
vitatem Constantinopolitanam contin-  
gat, infra ipſam ſpeciale refugium ha-  
beas, ad quod exigente neceſſitate recur-  
ras. Eapropter, venerabilis in Christo  
frater, tuis poſtulationibus grato con-  
currentes affenſu, concedimus ut bene-  
ficia, qua in prænomina civitate, an-  
tequā ad onus pastoralis officij fuſſes  
aſſumptus, canonice fueras aſſecutus,  
cum omnimoda integritye retineas, do-  
nec nobis & ſuccelloribus noſtris viſum  
fuerit expedire. Datum ut ſuprā.

V N I V E R S I S C H R I S T I F I D E L I B S  
Crucisgnatis in Romane partibus  
confitutis.

Cum ad apostolica commonitionis  
apices, relictis patriis laribus, &  
bonis propriis pro reverentia divini no-  
minis vilipennis, ad partes orientales vos  
duxeritis transferendos, ut recuperatio-  
ni terræ sanctæ fortius iſtis, ineffi-  
cax ad hoc virtus existit humana, nec  
quicquam per ſe potest efficere, niſi de-  
ſuper id ſibi fuerit attributum, propter  
quod ad auctorem rerum omnium in hu-  
militatis ſpiritu & in anima contrita to-  
tis eft yobis affectibus recurrentium, ip-  
ſum ſubmissis precibus implorantes, ut  
iter vestrū ad finem dirigat exoptatum,  
& per præſentem laborem fructus yobis  
præparetur aternus. Quia verò de yobis  
paterno affectu curam gerimus diligen-  
tem, universitatem veltram rogamus,  
monemus, & exhortamur in Domino,  
in remiſſionem yobis peccatum in nihil  
minus injungentes, quatinus cùm in  
voluntate divina cuncta ſint poſita, ſta-  
biles & fortes in creatoris vestrī obsequio  
perſtatis, totam ſpem vestrā proicien-

Epiſt. 37.  
Indulgetur ut  
beneficia, qua  
in ipſa civitate  
antequā effeſ  
promouſus obti-  
nebat, poſſit  
retinere.

Epiſt. 38.  
Suadetur ut  
contra paganos  
perfidos terribi-  
les & fortes  
in creatoris no-  
sti obsequio  
aſſistant,

C